



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vsvardi Martyrologivm

Usuardus <Sangermanensis>

Lovanii, 1573

Capvt XVII. Quod Martyrologium Vsuardi auctum vtile sit Pastoribus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42790

Quod Martyrologium Vsuardi auctum vtile sit Pastoribus.

PRæter dictos vsus habebit etiam Vsuardus auctus suum peculiarem vsu apud Pastores. Cum enim plebs, in annunciandis natalitijs Sanctorum, plerumque aliquid à Pastore expectet de sanctorum vita, atque certamine, imò ipsius Pastoris sit festorum rationem populo exponere (Cuius non minima portio in Sanctorum imitatione consistit) non parum ad eam rem inuabit ipsos Pastores hoc compendiosum opus. Deinde populo aliquando à Pastore proponenda est admonitio Ioannis Chrysostomi, dicentis. Olim statim & à

Hom. 21
in Gen.

principio erudiebant pueros qui ipsis nascebantur, admonentes appellationibus, quas illi imposuerant vt virtutem exercerent: & non sicut nunc, fortuito & absque causa, nomina fiebant. Dicunt enim. Iuxta nomen aui vel abauis nominetur puer: at prisca non ita, sed omnem operam adhibebant, vt talia natis imponerent nomina, quæ non solum illos qui nomina sortiebantur, in virtutes adducerent, sed & alios omnes qui sequentibus sæculis futuri sunt, nullam non sapientiam docerent. Admonendi sunt igitur subditi,

Eccles. 41 vt curam habeant de bono nomine imponendo, & conseruando: & cogitent ipsos etiam angelos diuinitus aliquando sollicitos fuisse, de nominibus aptè imponendis. Cum igitur multi boni homines huic admonitioni libenter acquiescant, & sæpe à Pastore suo de Sancto cuius nomen gerunt, aliquid scire desiderent, in quo se

illius ex
sidi inu
tis ei
Et p
die quo
genes, in
regem
tem: i
Vterqu
lis sui,
Sancti
in die
execra
nes relic
brandis
quam,
runt, q
generati
Pastore
per indi
D
H
quam v
pestilen
dam nos
nostri p
tatem,
illius

illius exemplo exercent, ad hoc Pastor multum subsidij inueniet in nostro *Vsuardi Martyrologio*, & additis ei annotationibus.

Et postremò, Christiani nolunt epulas celebrare eo die quo in hanc lucem editi sunt. Inuenimus ait Origenes, in veteri quidem Testamento, Pharaonem regem diem natalis sui cum festiuitate celebrantem: in nouo vero testamento, Herodem. Vterque tamen eorum ipsam festiuitatem natalis sui, profusione humani sanguinis cruentauit. Sancti verò non solum non agunt festiuitatem in die natalis sui: sed & spiritu sancto repleti, execrantur hunc diem. Malunt itaque pij homines reiecta & reiecta vana gentilitate de epulis celebrandis eo die quo in lucem hanc editi sunt, malunt inquam, sibi congratulari in die Sancti, cuius nomen genuerunt, quòd Christiani effecti sint, & per lauacrum regenerationis spem vitæ æternæ adepti. Vnde ijs qui à Pastore cognominis sui natalitium diem petent, facile per indicem eiusdem libri responderi poterit.

Hom. 8
in Leuit.
Gen. 42
Matth. 14

Iob 3. 8
Ierc. 20

CAPVT XVIII.

De vtilitate Martyrologij contra hæreses.

Hoc Martyrologium postremò per varia sanctorum exempla, non solum demonstrat nobis arduam virtutum viam: sed etiam contra hæreticorum pestilentissimas & fluctuantes doctrinas, mirum in modum nos stabilis atque munit. Immensa enim Dei, nostri pietas ait B. Ambrosius, multiplex ad bonitatem, & artifex ad salutem, proponens arduam virtutum

Serm. 95.

gutum